Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Theses juridicae inaugurales

https://hdl.handle.net/1874/315535

THESES JURIDICAE INAUGURALES.

THESES
JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

GERARDI JOHANNIS MULDER,

MATH. MAG. PHIL. NAT. ET MED. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU,

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus,

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA,

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

ERNESTUS LUDOVICUS VAN HARDENBROEK,

E PAGO HARDENBROEK.

AD DIEM XXI APRILIS A. MDCCCLIII HORA II.

ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

Trajecti ad Rhenum,

APUD J. DE KRUYFF.

MDCCCLIII.

EX OFFICINA TYPOGRAPHICA L. E. BOSCH ET FILII.

THESES.

I.

Si quis rem, *si in dominium suum pervenerit*, pignori dederit, pignus incipit inde ab acquisitione, non a die conventionis.

II.

Qui speciem fecit partim ex sua, partim ex aliena materia, dominium acquirit, licet ad pristinam formam reduci possit.

III.

Nulla antimonia inter l. 124 D. de leg 1°. et l. 17 D. de duobus reis, quae l. 17, praeferenda est l. 54 § 3, D. de leg. 1°.

IV.

Non adsentior Cl. E. Böcking. Pandekten L. 3 § 111 in l. un. § 8. Cod. de cad. tollendis senten-

tiam Proculianorum, in l. 54 § 3 D. de leg. 1°. relatam, probari.

V.

Donatio omnium bonorum, quae quis tempore mortis habiturus est, non valet.

VI.

Quemadmodum heredes rerum universarum domini fiunt per successionem, ita res singulas adquirunt per traditionem, quae hereditatis divisionem subsequitur.

VII.

Creditor vi art. 1223 C. C. hypothecam vendere nequit, dum heredes debitoris beneficio deliberandi utuntur.

VIII.

Locator, privilegium in invecta et illata sibi concessum, contra earum rerum emtorem exercere non prohibetur.

IX.

Socrus nurui, quae secunda vota contraxit, alimenta praestare non tenetur.

X.

Gener uxore repudiata, alimenta socrui praestare tenetur, licet non adsint liberi.

XI.

Nummularius condictione indebiti repetere potest, quod solvit propter falsam apocham.

XII.

Si merces in navigatione perierunt postquam per culpam magistri in aliam navem translatae fuerunt, damnum ad debitorem nautici foeneris pertinet.

XIII.

Quando in litteris cambialibus cessio et indossamentum locum habuerunt, quamvis cessionarius est prior tempore, tamen indossatus praeferri debet.

XIV.

Etiam nostro jure conductori jus in re tributum esse non videtur.

XV.

Authenticum status civilis vel agnitionis, in quo quis declarat se patrem esse ex adulterio nati, non continetur art. 338 al. 2 C. P.

XVI.

Non adsentior Mangin, *Traité de l'action publique n°.* 145 statuenti, rescisso matrimonio raptoris persecutionem fieri posse nulla praecedente querela.

XVII.

In C. P. verbis „fausses clefs" non intelliguntur

propriae domini claves, quibus quis usus est ad furtum faciendum.

XVIII.

Qui gratis in cauponam receptus, illic furtum commisit, punitur ex art. 386 no. 4 C. P.

XIX.

Ex art. 354 C. P. etiam puniri potest mater, et ipse pater, si liberi matri commissi sunt (art. 284. C. C.)

XX.

Leges quibus modus agros colendi praescribitur, improbandae videntur.

XXI.

Industriae prosperitas non pendet a regiminis forma.